Dux Mediolani Papiæ, Anglerieque Comes, ac Ianuæ Dominus.
Recepimus supplicationem parte presbiterorum Congregationis Civitatis nostre Novarie informa subsequenti = Illustrime ac Excellentissime Dominationi Vestre Ducali, humiliter et cum debita reverentia exponunt pro parte eiusdem Dominationis devote ad Deum sedulæ orationibus instantium Presbiterorum Congregationis Civitatis vestre Novarie. Qui ex evidenti et necessaria causa pro conservatione iuris cuiusdam aqueductus ad petiam unam Terre Prati sitam in via Novarie, ubi dicitur ad S. Martinum prefatorum exponentium vendiderant certa iura ipsis exponentibus et Ecclesijs pertinentia, de consilio proborum, devotarum personarum, ut aquirerent Molendinum unum ruinosum cum certo Terreno ibidem contiguo ubi dicitur ad S. Martinum cum ipso aqueductu Ragiæ Veteris, et cum alias fuit ipsorum exponentium, et per eos titulo permutationis alienatum in Iustinianum de Nibia, et fratres a viginti sex Annis ~~Circiter~~ citra, quod dubitant perficere et aquirere non posse obstantibus aliquibus Decretis prelibate Dominationis, ac statutis Civitatis predicte prohibentibus alienationes rerum immobilium fieri in non subditos sub certa pena et ex solutione pecuniarum exigenda etiam a notarijs, et Testibus ipsis contractibus intervenientibus. Quare supplicant ut prelibata Dominatio de sui solita clementia concedere dignetur ipsis exponentibus possendi ipsum Molendinum cum aqueductu et Terreno quovis titulo aquirere a Marco D. Nibia filio qu. D. Thomeni, cui ipsum Molendinum, et iura predicta spectant, et in ipsis transferre bona, seu iura ipsis Presbiteris spectantia pro ipso contractu perficiendo usque ad quantitatem librarum quatuorcentum quadraginta. Quodque de ipsis Contractibus confici possint impune solita et opportuna instrumenta aliquibus Decretis eiusdem Dominationis et statutorum dicte Civitatis aliter, seu in contrarium disponen. nequaquam obstantibus.
Quare volentes consideratione omnium premissa supplicantibus predictis super requisitis specialiter complacere Concedimus harum serie ex certa scientia, quod suppli

contractoribus accepi.

cantes ipsi nomine dictæ Congregationis possint emere et acqui-
rere tot bona immobilia situata tam in Civitate nostra
Novariæ, quam eius Episcopatu, in quibus tamen fortili-
tiæ non comprehendantur, quæ ascendant usque ad sum-
mam florenorum tercentorum, et quod ille seu illi, cu-
ius seu quorum sint ipsa bona, possit seu possint ea ven-
dere et alienare dictis supplicantibus usque ad summam
predictam, quodque quilibet idoneus Notarius de premissis
unum vel plura, prout fuerit expediens, conficere instru-
menta, ac testes secundi Notarii eis interesse possint. et
hæc omnia et singula tute, libere, et impune, aliquibus
incontrarium disponentibus quomodolibet nequaquam at-
tentis. Ipsis tamen bonis transeuntibus cum onere suo. In
quorum testimonium presentes fieri jussimus, et registrari
nostrique sigilli munimine roborari. Datum Mediolani
die decimo septimo septembris MCCCC vigesimo secundo
indictione prima.

Joannes Franciscus.

Loco sigilli Ducalis.

FONDAZIONE MARAZZA

contractoribus accepi.

FONDAZIONE MARAZZA

FONDAZIONE
MARAZZA

Dux Mediolani, Veronę Papię, Angleriæque Comes Suplicationem recepimus parte Cappellanorum, et Presbiterorum Congregationis Civitatis Nostrę Novarię in formã subsequenti videlicet = Illustri et excelsę Ducali Dominationi vestrę misericorditer exponunt fideles oratores vestri Cappellani et Presbiteri Congregationis vestrę Civitatis Novarię, quod fuerunt, et sunt aliquę fideles, et devotę Personę dictę Civitatis, quę in ipsorum ultimis voluntatibus statuerunt, et ordinaverunt, quod per heredes, seu fideicommissarios earum emi deberet aliqua proprietas, cujus redditus deberet dari ipsis Cappellanis pro Missis, et Anniversarijs celebrandis pro ipsorum Fidelium Animarum salute, dubitantque ipsi exponentes, quod propter longi temporis moram eis denegetur de ipso reditu, seu reditibus responderi. Sicut, et etiam de presenti alij fideles Christi, qui libenter legarent ipsis Cappellanis de suis bonis immobilibus etiam pro Missis et Anniversarijs ad eorum salutem celebrandis, quod facere nequeunt obstantibus et vigentibus in dictã Civitate quodam Decreto edito per quondam Celeberrimę memorię Genitorem vestrum, et statutis Communis dictę Civitatis prohibentibus alienationem fieri in non subditum propterea quę ipsi Cappellani exponentes multa perdunt, quę eis fideles Christi legarent. Quare Dominationi prefatę devote suplicant exponentes predicti, ut prefata Dominatio attentis Animarum salute ob reverentiam Dei et Sanctorum eisdem suplicantibus de gratiã speciali licentiam concedere dignetur, quod ipsi suplicantes possint acquirere a talibus devotis Personis seu ab heredibus, vel fideicommissarijs etiam juxta eorum ultimam dispositionem tot proprietates, quę ascendunt ad valorem, de quo Dominationi prefatę placebit, et quod tales Personę dictas proprietates legare et alienare possint impune, quodque quilibet Notarius possit de predictis unum, et plura publica conficere instrumenta, et quod testes, et alię Personę pro predictis instrumentis efficiendis necessarię impune interesse, et consentire possint, ad hoc, ut ipsorum fidelium voluntas adimpleatur, et ipsi Supplicantes legata eis facta, seu quę in futurum fient percipere possint pro eorum substentatione,

Io: Montea Notarius Publicus hoc [illegible]
contractoribus accepi.

et animarum quiete salute dictis Decreto et Statuto, et alijs incontra
rium disponentibus nequaquam obstantibus, quibus in hac parte prefa
Dominatio ex certa scientia dignetur derogare.
Propterea volentes supplicantibus predictis super requisitis de gratia compa
cere, concedimus harum serie pariter et dispensamus, quod supplica
tes ipsi, et successores sui possint, ac potuerint, et eis liceat, et lici
fuerit quecumque bona immobilia sibi legata, donata, vel alio q
cumque titulo ...... adiudicata percipere et tenere. Omnesque
de cetero possint acquirere, in se suscipere, ac obtinere a Personis
seu ab heredibus, et fideicommissarijs, de quibus in supplicatione fit
mentio, tot proprietates et bona immobilia, quot ascendant ad
mam florenorum ducentum. Ipsisque frui et gaudere ..... et
Persone heredes seu fideicommissarij valeant eas, et ea sibi legar
adiudicare, vel alienare quilibet idoneus Notarius de predictis unu
et plura, prout fuerit expediens conficere instrumenta, ac Tes
et secundi Notarij eis interesse possint tute, libere et impune
quibus Decretis, Statutis, Provisionibus, vel ordinamentis in contrari
editis nequaquam obstantibus. Quibus in hac parte dumtaxat ex cer
scientia et de nostre potestatis plenitudine derogamus, et dero
um fore volumus et iubemus, mandantes quibuscumque potesta
et Capitaneis, Vicarijs, Rectoribus, Subdelegatibus, et Officialibus nos
presentibus et futuris, quatenus hanc nostram dispensationem et
cessionem observent, et faciant inviolabiliter observari. In
quorum testimonium presentes fieri et registrari iussimus, no
trique sigilli impressione muniri =; Datum Mediolani di
decodecimo Ianuarij Millesimo quadrigentesimo tertio decimo in
tione sexta.

Loco ✠ sigilli Ducalis.

FONDAZIONE MARAZZA

Sanctis inter alios [illegible] ... hoc instrumentum rogavi, ...

Jo: Montaa Notarius Publicus

contractoribus accepi.

FONDAZIONE
MARAZZA

FONDAZIONE
MARAZZA